tur, illorum cura Professoribus ejusdem Scholae commissa.

67. *Intra sex menses Inventarium rerum omnium conficiatur, in Archivio Universitatis asservandum; deque earum tuitione diligens cura adhibenda erit, prout dictum est articulis* 113 *et* 114 *Constitutionis* „ Quod divina Sapientia „

68. *Machinae, et instrumenta, quae Archigymnasium habet ad opera geometrica, et experimenta hydrometriae agenda, scholae tecnicae cum opus fuerit, utenda tradantur.*

69. *In publicis muneribus deferendis praecipua ratio habenda erit alumnorum Scholae tecnicae, iidemque caeteris paribus praeferantur; sic etiam ratae et firmae manebunt tum regulae Scholae tecnicae anno* 1818. *evulgatae, tum edictum a Secretaria Status latum die* 25. *Junii* 1823. *in iis omnibus, de quibus superiores articuli aliter non decernunt.*

ginnasio Romano, e ne sarà affidata la custodia ai Professori della Scuola medesima.

67. Si farà entro sei mesi l'Inventario di tutti gli strumenti, macchine ec. e si conserverà nell' Archivio della Università; dovrà usarsi una diligente cura per la custodia delle macchine suddette, come è stato ordinato negli articoli 113, e 114 della Costituzione „ *Quod divina Sapientia* „

68. Saranno anche a comodo della Scuola degl' Ingegneri le macchine, e gli strumenti, che esistono ne' Musei della Università per farne uso nelle operazioni geometriche, o negli sperimenti d'Idrometria.

69. Nel conferire i pubblici impieghi si avrà riguardo principalmente agli Allievi della Scuola degl' Ingegneri, i quali in parità di meriti saranno preferiti; così ancora rimarranno ferme tanto le disposizioni del Regolamento della Scuola degl' Ingegneri publicato nel 1818, quanto il Regolamento pubblicato nel dì 25 Giugno 1823 in tutte quelle cose, intorno alle quali gli articoli antecedenti non dispongono diversamente.

Digitized by Google

CAPUT, V.

De facultate Philologica.

§. 1.

De juribus Collegii Philologici.

70. *Collegium Philologicum, in Archigymnasiis Romano et Bononiensi institutum iisdem juribus et privilegiis utatur, quae caeteris Collegiis tributa sunt.*

71. *Praecipuum hujusce Collegii munus esto, Auditores, qui studia Philologica coluerint, in annuis experimentis periclitari, ut praestantioribus praemia decernantur: Laureas et alios gradus academicos iis conferre, quos probaverit: novos Professores, quod ad doctrinam attinet, experiri, et judicium suum per secreta suffragia significare.*

72. *Collegium tum ad regimen rerum suarum, tum ad literarum honorem ordinare proprium Statutum debeat; eique, ubi a Sacra Congregatione Studiorum ratum habitum sit, in omnibus parendum erit.*

CAPO V.

Della facoltà Filologica.

§. 1.

Delle attribuzioni del Collegio Filologico.

70. Il Collegio Filologico, istituito nelle Università di Roma e di Bologna, godrà de' medesimi diritti e privilegi, che sono stati accordati agli altri Collegj.

71. Apparterrà principalmente a questo Collegio l'esaminare negli annuali Concorsi quei, che avranno coltivato gli studj Filologici, per premiare i più meritevoli: il conferire le Lauree e gli altri gradi accademici a quelli che saranno stati approvati e l'esaminare eziandio, per ciò che riguarda la loro scienza, i Professori da eleggersi, manifestando il suo giudizio per mezzo di voti segreti.

72. Il Collegio stesso compilerà il suo Statuto non solamente pel buon regolamento degli affari Collegiali, ma pel decoro eziandio delle Lettere; e tale Statuto dovrà osservarsi, tostochè sarà stato approvato dalla S. Congregazione degli Studj.

Digitized by Google

§. 2.

De Studiis, et gradibus Philologicis.

73. *Facultate Philologica, instar aliarum quatuor facultatum, academicos gradus, hoc est Baccalaureatum, Licentiam, et Lauream iis deferet, quos diguos tali honore judicaverit.*

74. *Laurea simul cum gradibus inferioribus duplex erit, altera Philologiae, altera Linguarum: ex utraque, scholastico anno exeunte, una tantum aut ad honorem, aut ad praemium, caeterae in forma communi tribuantur.*

75. *Qui Lauream Philologiae petunt, opus erit, ut Professores Eloquentiae latinae, et italicae, Historiae et Antiquitatum, seu Archeologiae tribus annis audierint cum diligentia et profectu: post primum annum ad Baccalaureatum consequendum, post alterum ad Licentiam, et post tertium ad Lauream aspirare poterunt: quod studiorum curriculum ita distribuitur:*

ANNO I.

I. Ars Oratoria, et Poetica.
II. Historia antiquarum gentium.
III. Antiquitates Romanae.

§. 2.

Degli Studj, e de' gradi Filologici.

73. Dalla facoltà Filologica, a guisa delle altre quattro facoltà, si conferiranno i gradi accademici, cioè il Baccellierato, la Licenza, e la Laurea a que' Concorrenti, che giudicherà degni di tale onore.

74. La Laurea unitamente agli altri gradi inferiori sarà di due specie, l'una di Filologia, l'altra delle Lingue: alla fine dell' anno scolastico si conferirà in entrambe una sola Laurea o di onore, o di premio; le altre si conferiranno in forma comune.

75. I Concorrenti alla Laurea in Filologia dovranno aver frequentato per tre anni con diligenza e profitto le Scuole di Eloquenza latina ed Italiana, di Storia e delle Antichità, ossia di Archeologia: potranno aspirare al Baccellierato dopo il primo anno di studio, dopo il secondo alla Licenza, e dopo il terzo alla Laurea: il qual corso de' studj sarà distribuito in questa guisa:

NELL' ANNO I.

I. L'Arte Oratoria, e Poetica.
II. La Storia Antica.
III. Le Antichità Romane.

Digitized by Google

ANNO II.

I. Latini Auctores classici.
II. Historia Graeca et Latina.
III. Antiquitates Graecae.

NELL' ANNO II.

I. Gli Scrittori classici Latini.
II. La Storia Greca e Latina.
III. Le Antichità Greche.

ANNO III.

I. Italici Auctores classici.
II. Historia temporum recentiorum.
III. Antiquitates Aegyptiacae, aliorumque populorum.

NELL' ANNO III.

I. I classici Scrittori Italiani.
II. La Storia moderna.
III. Le Antichità Egiziane, e di altre Nazioni.

76. *Laurea linguarum, aliisque gradibus academicis non donentur, nisi qui in studiis linguae Hebraicae, Syro-caldaicae, et Arabae tribus saltem annis assidue versati sint.*

77. *Baccalaureatus et Licentia, ille primo, haec altero anno scholastico absoluto concedatur, dummodo Candidati illud ingenii, et profectus specimen exhibeant, ex quo intelligi possit, eos post triennium expletum aptos fore ad Lauream promerendam.*

78. *Collegium Filologicum in suo Statuto proponet, quodnam experimentum ipsam Lauream petentes edere debeant; et praecipue quinam Auctores ab eis exponendi, quaeque ea in re ratio servanda sit.*

79. *Nemini aa Scholas Philologiae et Linguarum pateat aditus, qui in*

76. Non si concederà la Laurea nelle lingue, nè gli altri gradi accademici, se non a coloro, che almen per tre anni abbiano continuamente atteso agli studj delle lingue Ebraica, Siro-Caldaica, ed Araba.

77. Si conferirà il Baccellierato e la Licenza, quello compiuto il primo anno scolastico, questa il secondo, purchè i Candidati diano un tal saggio del loro ingegno e del profitto fatto negli studj, da cui possa rilevarsi, che eglino, compiuto il triennio, saranno abili a conseguir la Laurea.

78. Il Collegio Filologico proporrà nel suo Statuto, qual saggio debbano dare i Concorrenti alla detta Laurea; e principalmente quali Scrittori dovranno spiegarsi, e quale sarà il metodo da tenersi.

79. Non sarà ammesso alle Scuole di Filologia e delle Lingue, chi non

Digitized by Google

studiis Humanitatis, Logicae, Metaphysicae, atque Ethicae non sit versatus, nec spem afferat proficiendi; nullus praeterea earundem disciplinarum Laureae obtinendae cupidus ad examen admittatur, nisi qui praeter latinas, graecas quoque literas rite intelligat.

sia istruito nella Umanità, nella Logica, Metafisica, ed Etica, e che non dia speranza di profitto: nè si riceverà alcuno all'esame pel conseguimento della Laurea, il quale non sappia oltre la latina, anche la lingua greca.

80. *Doctores Philologiae et Linguarum honoribus et privilegiis pares caeterarum facultatum Doctoribus habeantur.*

80. I Dottori nella Filologìa e nelle Lingue saranno reputati eguali ai Dottori delle altre facoltà negli onori e privilegj.

81. *Cathedrae cujuscumque Universitatis iis tantummodo in facultate Philologica deferantur, qui aut Philologiae, aut Linguarum Laurea, prout Cathedra postulat, donati sint.*

81. Nella facoltà Filologica le Cattedre di qualunque Università si conferiranno a quelli soltanto, che siano forniti della Laurea o di Filologìa, o delle lingue, secondo la qualità della Cattedra.

Datum ex S. Congregatione Studiorum hac die 18. Augusti 1826.

F. CARD. BERTAZZOLIUS PRAEFECTUS.

J. Soglia a Secretis.

Digitized by Google

ALIAE ORDINATIONES

SACRAE CONGREGATIONIS STUDIORUM

A SANCTISSIMO

D. N. LEONE PP. XII.

PROBATAE ET CONFIRMATAE.

---

§. *I.*

De electione Doctorum Collegiatorum.

1. *Simul ac sedes in quovis Collegio vacaverit, Collegiati Doctores a Praeside congregentur, ut aliquot Viros, quos ea sede dignos putaverint, latis suffragiis designent.*

2. *Non minus quam tres designabunt, eorumque nomina in albo describent sic in ordinem distributa, ut prima cujusque agnominis litera continuatam seriem literarum sequatur.*

3. *Album a Praeside Collegii Emo et Rmo Domino Cardinali Archi-Cancellario tradatur ad S. Congregationem Studiorum mittendum.*

4. *Emi Archi-Cancellarii notabunt ea, quae sibi animadversione digna*

§. I.

Dell' elezione de' Dottori di Collegio.

1. Tostochè vacherà alcun posto ne' Collegj, il Presidente adunerà i Dottori Collegiali, affinchè per mezzo dello scrutinio scelgano que' Personaggi, che giudicheranno degni di occupare un tal posto.

2. Non ne sceglieranno meno di tre, e scriveranno nell' Elenco i loro nomi in guisa, che si conservi l' ordine alfabetico.

3. Il Presidente del Collegio consegnerà l'Elenco suddetto all'Emo e Rmo Sig. Cardinale Arci-Cancelliere, perchè lo spedisca alla S. Congregazione degli Studj.

4. Gli Emi Arci-Cancellieri vi scriveranno quelle avvertenze, che giudichi-

Digitized by Google

videantur: hujusmodi notationes nemini unquam praeterquam S. Congregationi Studiorum aperientur.

5. *Eadem S. Congregatio novum album a Collegio confici jubet, si prius sibi non satisfecerit.*

6. *Ad normam articuli* 44. *Constitutionis* „ Quod divina Sapientia „ *S. Congregatio Sanctitatem Suam certiorem faciet, quem praecipue eligendum arbitretur.*

7. *Consilium Artium, Academia Artium, atque Universitates secundi ordinis eamdem methodum sequantur.*

no degne a farsi: tali avvertenze non saranno giammai manifestate ad alcuno, fuorchè alla S. Congregazione degli Studj.

5. La medesima S. Congregazione ordina al Collegio di formare un nuovo Elenco, se il primo non le sia piaciuto.

6. Secondo l'Articolo 44. della Costituzione „ *Quod Divina Sapientia* „ la S. Congregazione manifesterà alla Santità di Nostro Signore quel Personaggio, che creda doversi scegliere fra gli altri.

7. Il Consiglio d'Arte, l'Accademia di belle Arti, e le Università secondarie seguano lo stesso metodo.

§. *II.*

De Cancellariis Universitatum.

1. *In qualibet Universitate Tabularium constituetur, quae vulgo* Cancellaria *dicitur, eique erit Moderator, qui acta omnia emittat et servet, adhibitis etiam uno aut pluribus Ministris, quatenus opus fuerit.*

2. *Cancellariae magnorum Lyceorum Romani et Bononiensis, aliarumque Universitatum secundi ordinis Sacrae Congregationi Studiorum subjectae prorsus sint, salvis semper juribus, quae per Constitutionem* „ Quod divina Sapientia „ *Archi-Cancellariis, Cancellariis, et Rectoribus earumdem Universitatum tributa sunt.*

§. II.

Delle Cancellerie delle Università.

1. In ciascuna Università sarà stabilita una Cancelleria: Vi sarà un Direttore, o Cancelliere, che spedisca e conservi gli atti; ed anche uno o più Ministri, secondo lo stato ed il bisogno della medesima.

2. Le due primarie Cancellerie delle Università di Roma e di Bologna, e le altre Cancellerie delle Università secondarie dello Stato dipenderanno pienamente dalla S. Congregazione degli Studj, salvi sempre i diritti competenti ai due Arci-Cancellieri, ai Cancellieri, ed ai Rettori delle Università, in virtù della Bolla di N. S., che comincia „ *Quod Divina Sapientia* „

Digitized by Google

3. *Per eas Cancellarias emittantur publica documenta Laurearum, aliorumque graduum academicorum, Matriculae, literae patentes, testificationes, et alia ejusmodi, quae ad Universitates et studia pertineant.*

4. *Asservabuntur in ipsis*

I. Repertorium rerum et jurium omnium ad Universitatem spectantium accuratam descriptionem continens.

II. Catalogus Doctorum cujuscumque Collegii, tum singulorum Professorum, denique Ministrorum et Famulorum omnium.

III. Acta experimentorum ad Cathedras obtinendas, delectus Professorum, subsequutae approbationis, atque etiam electionum ad normam Art. 70. Constitutionis „ Quod divina Sapientia „

IV. Acta concertationum, quibus Auditores de Laureis honoris aut praemii, aliisque gradibus Academicis contenderunt.

V. Recensio Discipulorum, in eaque annotetur quibus quisque studiis, et quampridem operam dederit, quique Discipulorum anno scholastico exeunte praemia tulerint: cujus recensionis exemplum ad Sacram Congregationem Studiorum singulis annis mittatur.

VI. Index legum omnium, rationumque Studiorum, et Ordinationum

3. Per mezzo di tali Cancellerie si spediranno tutti i diplomi delle Lauree e degli altri gradi accademici, le Matricole, le Patenti, gli Attestati, e generalmente ogni atto, che riguardi le Università e gli Studj.

4. In esse si conserveranno

I. Gl' Inventarj di tutte le robe e diritti spettanti alle Università.

II. L'Elenco de' Membri di ciascun Collegio, de' Professori, e degli altri Ministri ed Inservienti.

III. Gli atti de' Concorsi alle Cattedre, della elezione e conferma de' Professori, e delle loro nomine secondo l'Art. 70. della Bolla „ *Quod Divina Sapientia* „

IV. Gli atti de' Concorsi alle Laurea di onore o di premio, e degli altri gradi accademici.

V. L' Elenco degli Scolari, notando la facoltà cui attendono, l'anno del corso scolastico, e quelli che sono stati premiati alla fine del medesimo; del quale Elenco si manderà copia in ogni anno alla S. Congregazione degli Studj.

VI. Il Registro di tutte le leggi e regolamenti degli Studj, e di tutti gli

Digitized by Google

ac declarationum, quas S. Congregatio Studiorum edixerit.

5. *Haec omnia, ut rite fiant, suae cuilibet Cancellariae erunt regulae et disciplinae.*

6. *Cancellariae Universitatum Romanae et Bononiensis regulis instructae sunt a S. Congregatione Studiorum jam probatis: reliquae Universitates suis quaeque Cancellariis regulas dabunt, quae postquam auctoritate ejusdem S. Congregationis comprobatae fuerint, servari omnino debebunt, nec amplius poterunt inconsulta Sac. Congregatione immutari.*

7. *Quodlibet Collegium deponat in Cancellaria Universitatis acta omnia, quae sibi agenda ex art. 48. dictae Constitutionis tradita sunt, penes se adservato eorundem actorum indice perscripto, aut etiam exemplo.*

8. *Acta quae Doctores Collegiati conficere debeant ut Consultores S. Congregationis Studiorum, quo honorificentissimo munere ex art. 49. ejusdem Constitutionis auctl sunt, aut ea quae privatim ad Collegium pertinent, Cancellariae ne tradant, sed in suis tabulariis reponant.*

9. *In Elencho Discipulorum praeter ea, quae superius art. 4. num. 5. praescripta sunt, indicandi erunt boni*

ordini e dichiarazioni, che loro si spediranno dalla S. Congregazione.

5. Pel buon andamento degli affari ciascuna Cancelleria avrà il suo Regolamento disciplinare.

6. Il Regolamento delle due Cancellerie di Roma e di Bologna è già stato approvato dalla Sacra Congregazione degli Studj. Le altre Università dovranno formarlo per le loro Cancellerie, e domandarne l'approvazione della S. Congregazione, dopo la quale non potranno farvi alcun cambiamento senza un nuovo permesso della medesima.

7. Ciascun Collegio depositerà nella Cancellaria della Università tutti gli atti, che ad esso appartiene di fare, a forma dell' Art. 48. della suddetta Costituzione, ritenendone a suo piacimento o copia, o registro.

8. Gli atti che faranno i Dottori Collegiali come Consultori della S. Congregazione degli Studj, del qual decoroso incarico sono eglino distinti a forma dell' art. 49. della medesima Costituzione, e quegli atti che riguardano particolarmente il Collegio, non saranno depositati nella Cancelleria, ma si custodiranno ne' loro Archivj rispettivi.

9. Nell' Elenco degli Scolari, oltre tuttociò, che si prescrive all' Art. 4. num. 5, si dovranno notare ancora i loro

Digitized by Google

religiosique mores, progressus in Studiis, atque eorum agendi ratio, praesertim quae in scholis spectatur.

buoni e religiosi costumi, il profitto negli Studj, ed i loro portamenti specialmente nelle Scuole.

Datum ex S. Congregatione Studiorum hac die 5 Novembris 1827.

F. CARD. BERTAZZOLIUS PRAEFECTUS.

J. Archiepiscopus Ephesinus a Secretis.

Digitized by Google

Visum est in hunc locum inserere potiorem partem litterarum, quas Emus Cardinalis Studiorum Praefectus ad singulos Episcopos misit VII. Idus Novembris MDCCCXXIV.

Ex qua (allocutione scilicet) (a) *facile cognosces, quam ardenti studio Pontifex Maximus in bonas artes fovendas augendasque incumbat, et quam vehementer de hac temporum calamitate doleat; dum perversi homines nihil non moliuntur, ut disciplinas, feliciter id aetatis progredientes, pravis opinionibus corrumpant: et idcirco cum Magistros tum Discipulos enixe admonet, non modo ut se integros ab hac peste conservent, verum etiam ut sanam et incorruptam doctrinam contra hominum fallaciam et calliditatem tueantur et defendant. Qua in re, quae sane gravissima est, ut propositum finem consequeretur, Episcopos Universitatum, et totius publicae institutionis Moderatores in Provinciis suae ditionis constituit, ut eo munere, tanquam praecipua parte pastoralis officii fungerentur. Quamquam vero Summus Pontifex minime dubitet,*

V. S. Illma e Rma rileverà dal detto discorso con quanto ardore il Santo Padre desidera, e si studia di favorire, e di promuovere ogni ramo di utile insegnamento, ma insieme con quanto dolore compiange la miseria de' nostri tempi, ne' quali in mezzo ai felici progressi delle scienze si è con profonda malizia tentata ogni strada ad infettarle di errore: e perciò con tutta l'effusione del suo cuore inculca ai Professori, ed ai Discepoli non solo a mantenersi esenti da ogni infezione, ma ancora a difendere la sana dottrina contro le false, e perniciose massime. A conseguire un fine di tanta importanza Sua Santità ha affidato ai Vescovi il regime delle Università, e delle pubbliche Scuole del suo Stato, come una parte principale del Pastorale loro Ministero. Il Santo Padre è persuaso che ai lumi ed alla saviezza di V.S. Illma non sfuggirà alcun mezzo per rintracciare, e com-

(a) Allocutio habita est a SSmo D. N. LEONE XII. Pontifice Maximo in Archigymnasio Romano III. Nonas Novembris Anni MDCCCXXIV. in Studiorum instauratione.

Digitized by Google

quin tu pro ea, qua praeditus es, rerum cognitione et scientia, nullam sis occasionem praetermissurus, ut quascumque perversas opiniones aut periculosas, quae irrepere conentur, detegas cohibeasque, attamen monitum te voluit, ejusque ego mandato te moneo et obtestor, ut praecipuam curam adhibeas, ne exitiosus error, quem Materialismum vocant, quique tum fallacibus et captiosis artibus, tum etiam palam et aperte tentat quacumque permeare, Adolescentes istius Dioecesis contaminet; de quo pauca monebo.

Sapientes veritatis investigatores in disciplinis tractandis, quae ratione docentur, et Psychologia praesertim, persuasum semper habuerunt, ubi de animae facultatibus intelligendi et operandi disceptatio sit, ibi de ipsius animae natura, eaque simplici, immortali, et libera disserendum esse. Hae siquidem veritates omnes ob mutuum inter se respectum necessario nexae et jugatae sunt; veritas autem detegitur, cum ab iis, quae nota sunt ad ignota, ab effectis ad causas, ab actibus ad proprietates, et rerum naturas cognoscendas progrediamur. Quemadmodum Deum naturaliter noscimus ex iis, quae facta sunt, propterea quod res contingentes, quae scilicet vi et natura sua esse non possunt, cogunt nos confiteri aliam esse naturam, hoc est ens a se, *a quo creatae et condi-*

primere le cattive o pericolose dottrine, che tentassero d'introdursi; tuttavia mi ha comandato di pregare V. S. Illma a vegliare in modo speciale, affinchè il materialismo il quale s'insegna o sotto ingannevoli artifizj, o anche a faccia scoperta si tenta di spargere in ogni parte, non arrivi a contaminare la gioventù di codesta sua Diocesi; su di che farò poche parole.

I savj indagatori della verità nel trattare le scienze speculative, e specialmente la Psicologia, hanno sempre creduto di non dover separare il trattato della natura dell'anima, della sua immaterialità, immortalità, e libertà dal trattato, che riguarda le sue intellettuali facoltà ed operazioni. Imperciocche tutte queste verità hanno un intrinseco rapporto, che le congiunge, e si arriva a conoscere la verità, passando dai fatti noti alle cose ignote, dagli effetti alle cause, e dalle operazioni alla proprietà e alla natura degli oggetti. Come l'uomo naturalmente conosce Iddio dalle sue opere, perchè gli esseri contingenti conducono evidentemente ad ammettere un essere necessario, le cause seconde ad ammettere una causa prima; così conosce l'esistenza, e le proprietà dell'anima dalle sue operazioni,

Digitized by Google

tae sint, et ut causae secundae primam causam, unde vim efficiendi accipiunt evidentissime demonstrant, eadem profecto ratione ex facultatibus animae cognoscimus, et eam reapse existere, eique suas esse proprietates, quae quidem proprietates ad materiam sive corpus pertinere nequaquam possunt; quandoquidem sunt ejusmodi, ut omnino nequeant convenire cum proprietatibus corporum jam notis atque perspectis, et ita materiae insitis, ut ab ea separari distrahique non possint.

mentre queste non possono mai riferirsi alla materia, essendo di loro natura incompatibili colle proprietà note ed inseparabili dalla stessa materia.

Jam vero naturalis hic ordo, hoc vinculum arctissimum atque pulcherrimum, quo facta et phenomena cum suis causis, conclusiones cum praemissis apte conjunguntur, perque eam complexionem res praelucent, rebus et vicissim illustrantur, turbatum ac disruptum est a quibusdam, ut dicuntur, Idealogistis, qui idearum analyssim instituentes, nec quidquam pensi habentes de anima sermonem facere, potiorem ejus scientiae partem imperfectam relinquunt, extremos analyticae demonstrationis nexus recidendo; idque faciunt improbe, ut veritatem de animae spiritualitate, immortalitate, et libertate silentio obvolvant, et occultent, ubi ea veritas ipsa sese offerebat ultro, et necessario ex ipsa analysi consequebatur. Quo cum pervenerint, ejus disciplinae cultoribus, ne longius in veritate inquirenda progre-

Ora quest'ordine naturale, questo legame strettissimo, che congiunge insieme i fatti ed i fenomeni colle loro cause, le premesse colle conseguenze, e per cui gli oggetti nel loro complesso si porgono lume a vicenda, è stato sconvolto e troncato affatto da alcuni Idealogisti, i quali con malizioso artifizio presentando l'analisi delle idee disgiunta dalla Psicologia, lasciano incompleta questa scienza, recidendo gli ultimi anelli della catena analitica, al solo fine di tacere e di nascondere la verità dell'immaterialità, immortalità, e libertà dell'anima, dove queste verità si offrivano spontanee, e come conseguenze necessarie dell' analisi delle stesse operazioni dell' anima. E giunti a questo termine, affinchè lo Studente non proceda più oltre a indagare queste verità, si coglie ogni occasione a prevenirlo in disvantaggio della Metafisica, facendola

Digitized by Google

diantur, arrepta occasione quavis malam opinionem de Metaphysica injiciunt, eam notantes veluti labyrinthum, unde se extricare atque expedire quis nequit, potius umbris et imaginibus plenum, quam solidis verisque rebus, quae percipi possint; atque ad satietatem inculcant vacandum esse cognitioni naturae corporeae et concretae, nihilque insuper requirendum; ultra enim progredientium ratio confunditur, et videre fortasse putat, quod re ipsa non videt.

apparire un labirinto inestricabile, pieno di tenebre e di fantasmi, piuttostochè di cose vere e dimostrabili: e si ripete a sazietà, che non dobbiamo noi allontanarci dalla contemplazione delle cose materiali e sensibili; perchè inoltrandoci più innanzi, la ragione si smarrisce, ed immagina di vedere quello, che in effetto non vede.

Alii vero audacius sensibilitatem *corpori tribuunt, veluti proprietatem ipsi materiae statim ab ejus creatione insitam; et* sensibilitatis *nomine non solum intelligunt materiae organicae* motus, *qui externo cientur impulsu, verum etiam eorundem motuum* perceptionem: *et cum omnes animae actiones ad solam* sensibilitatem *referant, aut animam esse aperte negant, aut ad eam denegandam incautos homines adducunt, tanquam* Ens *non necessarium, imo prorsus inutile. Neque illud reticendum, quod dum omnes facultates et operationes, quae propriae sunt animae, per eandem* sensibilitatem *explicant, hoc pacto omnes voluntatis actus eo revocant, ut sint quasi effectus, qui indeclinabili vi et necessitate contingant, omnemque funditus tollunt libertatem indifferentiae, quae fundamentum est, et tota ratio virtutis ac*

Altri poi più arditamente concedono alla materia organica la *sensibilità*, come una proprietà insita nella materia medesima fin dalla sua creazione; col quale vocabolo di *sensibilità* non solamente intendono i *movimenti* prodotti nella materia organica in forza di una esterna impressione, ma ancora la *percezione* di questi movimenti; e riducendo poi tutte le operazioni dell'anima alla sola *sensibilità*, o negano apertamente l'esistenza dell'anima stessa, o inducono ad escluderla, come un *Ente* non necessario, anzi affatto inutile. Nè è da tacersi, che assumendo a spiegare colla *sensibilità* medesima tutte le facoltà ed operazioni, che sono proprie dell'anima, riducono in tal maniera tutti gli atti della volontà ad un effetto passivo e necessario, e tolgono ogni idea della libertà d'indifferenza, la quale è la base della imputabilità delle

Digitized by Google

vitii, atque adeo praemiorum ac poenarum, quibuscum dogma immortalitatis conjunctum est.

Hae captiosissimae et exitiosae artes Materialistarum in disciplinas quoque medicas irrepserunt. Hujus scientiae munus ex parte est de functionibus humani corporis viventis disserere. Sapientes Physiologi, dum medicae artis institutiones Auditoribus suis tradunt, operae pretium ducunt, rem omnem apertissime et distincte enucleare, et quamquam conjunctim agunt de actionibus animae et corporis, tamen attendunt semper animum ad actiones probe discernendas, quae ab anima spiritali proficiscuntur; ne adolescentes, qui in humanum corpus, ejusque concretionem, dum agit et vivit, oculorum aciem intendunt, in eum errorem rapiantur, ut eidem corporis concretioni tribuant facultates, quae ad aliam causam, et a corpore maxime alienam referendae sunt. Verum haec necessaria, et gravis distinctio, per quam actiones, quae ad animam pertinent, ab eis secernuntur quae ad materiam ab anima informatam spectant, a recentioribus materialismi studiosis et fautoribus omittitur, vel eam investigandam reliquendo sagacitati Juvenum, qui Medicinae et Chirurgiae student, quorum plerique in summa rerum metaphysicarum ingoratio-

azioni, e per conseguenza delle pene e de' premj, che vanno connessi col dogma della immortalità.

Questi maliziosi ed infausti artifizj del materialismo si sono anche introdotti nelle scienze mediche. È parte di queste scienze il trattare delle funzioni della macchina umana vivente. I saggi Fisiologi porgendo ai giovani le istituzioni dell'arte medica, si pregiano di tutta la evidenza e precisione, e benchè trattino complessivamente delle azioni dell'anima e del corpo, sono stati sempre attenti a far discernere le operazioni, che procedono dall'anima immateriale, affinchè i giovani che avevano l'occhio rivolto alla macchina umana, ed alla sua materiale organizzazione nello stato di attività e di vita, non cadessero mai nel pernicioso errore di attribuire all'organizzazione istessa le facoltà, che debbono riferirsi ad un principio diverso e distinto dal corpo. Ma questa importante divisione fra le operazioni che appartengono all'anima, e quelle che appartengono alla materia informata dall'anima, si omette dai moderni fautori del materialismo, o lasciandola al discernimento de' giovani Studenti di Medicina e Chirurgia, la maggior parte de' quali affatto ignora le scienze metafisiche, o al più ne ha una cognizione superficialissima, o spiegando apertamente tutte le suddette opera-

Digitized by Google

ne versantur, aut eam scientiam vix primis, ut dicitur labris gustarunt, vel aperte ac palam enunciatas actiones omnes explicando per sensibilitatem, quam materiae organicae concedunt.

Igitur necesse omnino est nullum studium, nullam operam et industriam praetermittere, ut Juvenes bonarum artium studiosi perniciosis hujusmodi erroribus serventur immunes, et idcirco ad normam artic. 76 Constitutionis Apostolicae „ Quod divina Sapientia „ *quo Professores servare jubentur S. Congregationis Studiorum praescriptiones in iis pertractandis argumentis, quae* ad Religionem, mores, et publicum ordinem *spectant, tu R. P. D. nomine ejusdem S. Congregationis singulis Metaphysicae Professoribus eam legem impones, ut data opera demonstrent primum* existeotiam animae, eamque spiritum esse *eos Idealogistas refellendo, qui analysim idearum proferunt veluti scientiam seorsum tradendam et disjunctam, ne verbum quidem facientes de animae spiritualitate, quae ex iis omnibus inter se collatis necessario consequebatur; deinde autem* libertatem indifferentiae, *quae ratio est bonitatis, aut malitiae humanarum actionum demonstrent, idque adversus eosdem Materialistas, a quibus omnes animae facultates ad quamdam connexionem operationum,*

zioni colla sensibilità attribuita alla materia organica.

È quiodi sommameote necessario di non lasciare intentato alcun mezzo, affiochè gli Studenti sieno preservati, e premuniti dal contagio di simili ,dannosissimi errori; e perciò in conformità dell' articolo 76. della Bolla di Nostro Signore „ *Quod divina sapientia* „ il quale obbliga i Professori ad osservare le prescrizioni della Sacra Congregazione degli Studj, nel trattare certi argomenti, che interessano *la Religione*, *il buon costume*, *e l' ordine pubblico*, V. S. Illma in nome della stessa Sacra Coogregazione ingiungerà ai Professori di Metafisica l'obbligazione di dimostrare *ex professo* in primo luogo *l'esistenza dell' anima immateriale*, confutando quei moderui Idealogisti, che presentano l'analisi delle idee, come una scienza separata, e prescindono affatto dalla immaterialità dell' anima, che n' è la necessaria conseguenza: in secondo luogo di dimostrare *la libertà d'indifferenza*, che è la base della imputabilità delle umane azioni contro i medesimi Materialisti, che riducono tutte le facoltà dell'anima ad una concatenazione di operazioni meramente passive. Ai Professori di Fisiologia V. S. Illma ingiungerà,

Digitized by Google

quae necessitate fiant referuntur. Physiologiae Professoribus praecipies, ut dum actiones humani corporis viventis perscrutantur, ne praetermittant de anima incorporea sermonem instituere, *de qua optimi quique Physiologi semper locuti sunt in singulari tractatu, quem inscribere de sensibus internis solent: et diligenter etiam atque etiam Discipulos suos moneant* sensibilitatem, *si hoc nomine quivis materiae organicae motus accipiatur, ipsius materiae proprietatem habendam esse: sin autem vocabulo* sensibilitatis *perceptio intelligatur, eam solius animae propriam, nec materiae tribui ulla ratione posse; et re ipsa recentiorum quorundam Physiologorum materialismum in ea ambiguitate vocabuli* sensibilitatis, *duabus significationibus longe diversis accepti, veluti fundamento inniti.*

che trattando delle azioni della macchina umana vivente, non prescindano dal discorso dell' anima immateriale, della quale i savj Fisiologi hanno sempre fatto un trattato distinto sotto l' articolo dei sensi interni; e che avvertano diligentissimamente i loro Scolari, che la *sensibilità*, se intendasi con questo nome un movimento qualunque siasi della materia organica, è proprietà della stessa materia: ma che intendendosi col vocabolo di *sensibilità* la percezione, essa non può appartenere, fuorchè all'anima; e che appunto sull' equivoco intendimento della parola *sensibilità*, presa in due sensi tanto differenti, si fonda il materialismo di parecchi moderni Fisiologi.

Summus Pontifex certam spem habet futurum, ut suae amoris plenissimae sollicitudines, si tu aliique Episcopi omni opera et cura praesto eritis, ad propositum finem perveniant, et ditionis Ecclesiasticae Professores non modo celebritatem nominis sibi comparent, verum etiam caeteris exemplum sint integritatis doctrinae et morum.

Il santo Padre confida, che le paterne sue sollecitudini coadjuvate dallo zelo di V. S. Illma, e degli altri Vescovi, giungeranno ad ottenere lo scopo desiderato; e che i Professori dello Stato Ecclesiastico non solamente si acquisteranno celebrità nelle scienze, ma saranno ancora d'esempio nella purità de' loro insegnamenti.

Digitized by Google

QUAESTIONES PROPOSITAE

SACRAE STUDIORUM CONGREGATIONI

SUPER NONNULLIS ARTICULIS APOSTOLICAE CONSTITUTIONIS

QUOD DIVINA SAPIENTIA

ET DECLARATIONES EJUSDEM S. CONGREGATIONIS

A SSMO D. N. LEONE XII. P. M.

APPROBATAE ET CONFIRMATAE.

IN CONGREGATIONE HABITA XI. KAL. JANUARII ANNI MDCCCXXV.

QUAESTIO I.

An Episcopi, quam potestatem ex art. 137. 138. 139. *Constitutionis* „ Quod divina Sapientia „ *in Scholas publicas suarum Dioecesum habeant, eandem exercere possint etiam in Scholas, quae aliqua ratione Regularibus hominibus traditae sunt?*

DECLARATIO : Negative.

DUBBIO I.

Se nelle pubbliche Scuole, che i Regolari hanno obbligo di tenere aperte nelle Comuni, possano i Vescovi esercitare quella stessa autorità, che loro è attribuita negli articoli 137. 138. 139. sulle altre pubbliche Scuole delle loro Diocesi?

RISOLUZIONE : *Negativamente.*

QUAESTIO II.

An Magistratui ulla sit in easdem Scholas potestas?

DECLARATIO : Negative.

DUBBIO II.

Se nelle medesime Scuole il Magistrato possa avere alcuna ingerenza?

RISOLUZIONE : *Negativamente.*

Digitized by Google

QUAESTIO III.

An saltem Episcopus et Magistratus nonnunquam infra annum possint de profectu Discipulorum cognoscere, eosque periclitari?

DECLARATIO: Affirmative juxta modum; modus esto, *Episcopum et Magistratum, saltem quotannis a Regularibus Praefectis studiorum invitandos esse ad experimenta progressus, a Discipulis edenda in domibus Regularium.*

DUBBIO III.

Se almeno il Vescovo ed il Magistrato possano qualche volta fra l' anno sperimentare il profitto de' Giovani nello studio?

RISOLUZIONE: *Affermativamente* con modificazione: vale a dire, che il Vescovo ed il Magistrato, almeno in ciascun anno debbano essere invitati da que' Regolari, che diriggono le scuole per assistere al pubblico saggio, che i Giovani daranno nelle Case de' Regolari medesimi.

QUAESTIO IV.

An publicas in scholas, quae ex pia voluntate, vel divitum beneficentia institutae, et alicui hominum collegio, sive sodalitati, sive privatis hominibus commissae sunt, liceat Episcopis potestatem ab Art. 137. 138. 139. 143. dictae Constitutionis tributam exercere?

DECLARATIO: Affirmative.

DUBBIO IV.

Se sulle pubbliche Scuole, il cui mantenimento, o soprantendenza per pie disposizioni è affidata a qualche Luogo Pio, Confraternità, o ad altre particolari persone, i Vescovi possano esercitare l' autorità loro attribuita negli Art. 137. 138. 139. 143. della suddetta Costituzione?

RISOLUZIONE: *Affermativamente.*

QUAESTIO V.

An earumdem Scholarum procurationem ullam Magistratus sibi possit arrogare, si per tabulas fundationis, neque ad eam rem advocatus, neque inde sit exclusus?

DECLARATIO: Negative.

DUBBIO V.

Se in queste medesime Scuole il Magistrato possa arrogarsi alcuna ingerenza, quando le leggi di fondazione non includano, nè escludano il Magistrato dal prendervi interesse?

RISOLUZIONE: *Negativamente.*

Digitized by Google

QUAESTIO I.

An ad certa officia obeunda, quae Lauream exigunt sive Civilia, sive Ecclesiastica satis sint Laureae, quae a privatis Familiis quibusdam ex privilegio conferuntur?

Declaratio: Negative, *incipiendo a die* 1. *Augusti hujus currentis anni* 1825.

DUBBIO I.

Se per esercitare alcuni officj, che richiedono la Laurea, o siano Civili, o Ecclesiastici, debbano riconoscersi per valide le Lauree, che si conferiscono da private Famiglie per particolare privilegio?

Risoluzione: *Negativamente*, incominciando dal dì 1. di Agosto del corrente anno 1825.

QUAESTIO II.

An Laureae utriusque juris, quas Collegium Protonotariorum Apostolicorum ex Constitutione Benedicti XIV „ Inter conspicuos „ *Viris in Curia praesentibus quotannis confert, ratae habendae sint?*

Declaratio: Affirmative, *dummodo ne plures conferat quam sex, prout in Constitutione Benedictina.*

DUBBIO II.

Se le Lauree in diritto Civile e Canonico, che il Collegio de' Protonotarj Apostolici conferisce ogni anno in forza della Costituzione di Benedetto XIV „ *Inter conspicuos* „ a persone presenti in Curia, debbano riconoscersi per valide?

Risoluzione: *Affermativamente*, purchè non ne conferisca più di sei, secondo la Costituzione Benedettina.

QUAESTIO III.

An Ordinationes Constitutionis „ Quod divina Sapientia „ *in illorum scientia periclitanda servandae sint, deque collatis Laureis S. Congregatio Studiorum certior facienda?*

Declaratio: Affirmative.

DUBBIO III.

Se il Collegio suddetto nell' esaminare i Concorrenti dovrà uniformarsi alle prescrizioni della Costituzione „ *Quod divina Sapientia* „ e darne parte alla S. Congregazione degli Studj?

Risoluzione: *Affermativamente*

Digitized by Google

QUAESTIO IV.

Et quoties ob aliquod impedimentum Praelati ejus Collegii saltem quinque nequeant convenire, an ipsum Collegium, ad explendum praedictum numerum Examinatorum, debeat Protonotarios, quos non Partecipantes *vocant, aut Professores Universitatis adsciscere?*

DECLARATIO: Affirmative, *adsciscendo Professores Universitatis.*

DUBBIO IV.

E se il Collegio de' Protonotarj Apostolici Partecipanti, per qualche impedimento di alcuni de' Prelati che lo compongono, non si potrà radunare in numero almeno di cinque, dovrà supplire al detto numero con chiamare a far l'esame o altri Protonotarj Apostolici non Partecipanti, o i Professori della Università?

RISOLUZIONE: *Affermativamente*, chiamando in ajuto i Professori della Università.

QUAESTIO V.

An Laureae S. Theologiae, quibus ab eodem Collegio tam viri Ecclesiasticae Ditioni subditi, quam etiam Exteri condecorantur, ad publica officia et munera obtinenda valeant?

DECLARATIO: Negative *quod ad Subditos Ditioni Ecclesiasticae; quod ad Exteros nihil innovetur.*

DUBBIO V.

Se ad ottenere ed esercitare pubblici officj, debbano riconoscersi per valide quelle Lauree, le quali il suddetto Collegio conferisce tanto agli Statisti, quanto agli Esteri nella Sacra Teologia?

RISOLUZIONE: *Negativamente* rispetto agli Sudditi dello Stato Ecclesiastico: per gli Esteri non si faccia alcuna innovazione.

IN CONGREGATIONE HABITA XVI. KAL. MARTIAS ANNI MDCCCXXVII.

QUAESTIO I.

Utrum Episcopi, praeter jus munusque proprium sedulo advigilandi in mores et doctrinam tum Magistrorum, tum Discipulorum, eaque praescribendi, quae

DUBBIO I.

Se i Vescovi oltre la potestà loro propria di vegliare sui costumi, e sulla dottrina de' Maestri e de' Scolari, e di fare quelle prescrizioni, che giudichino

Digitized by Google

ad officia pietatis et Religionis pertinent, habeant etiam potestatem novas regulas et scholasticam disciplinam inconsulto Magistratu constituendi in iis, de quibus Constitutio nihil decrevit?

An agendum eis sit una cum Magistratu, in praedictis regulis et disciplina constituenda, salva approbatione S. Congregationis Studiorum?

DECLARATIO: Negative *quod ad primam partem*, affirmative *quod ad secundam.*

opportuno intorno ai doveri di pietà e di Religione, abbiano anche il diritto di stabilire senza il concorso del Magistrato nuove discipline e regole scolastiche su quei punti, ne' quali la Costituzione di N. S. non si è particolarmente estesa?

Ovvero: Se nello stabilire cotali regole e discipline debbano procedere unitamente al Magistrato, salva l'approvazione della S. Congregazione degli Studj?

RISOLUZIONE: *Negativamente* per la prima parte, *affermativamente* per la seconda.

QUAESTIO II.

Utrum ex Articulo 140. sit unius Magistratus, an etiam Episcopi, qui Praeses est Scholarum, exsequendas curare regulas disciplinae a Constitutione datas; et vigilare, ut Magistri et Discipuli suo muneri satisfaciant, et ordo servetur?

An vero praedictum negotium ad Magistratum peculiariter pertineat, salva Episcopi auctoritate inspiciendi corrigendique, quatenus opus sit?

DECLARATIO: Negative *quod ad primam partem*, affirmative *quod ad secundam.*

DUBBIO II.

Se al solo Magistrato in forza dell' Articolo 140. o anche al Vescovo, come Presidente delle Scuole, appartenga il fare eseguire i regolamenti disciplinari prescritti dalla Costituzione, e l'invigilare, che i Maestri ed i Scolari facciano il loro dovere, e si conservi il buon ordine?

Ovvero: Se tale vigilanza appartenga immediatamente ai Magistrati, salva rimanendo ai Vescovi la facoltà d'indagare e correggere in caso di bisogno?

RISOLUZIONE: *Negativamente* per la prima parte; *affermativamente* per la seconda.

Digitized by Google

QUAESTIO III.

An unius Magistratus sit Adolescentes in Scholas Communitatis recipere?

DECLARATIO: Affirmative, *salvo Episcopi jure impediendi, quominus ii recipiantur Discipuli, quorum doctrinam aut mores suspectos habeat.*

DUBBIO III.

Se spetti al solo Magistrato l'ammissione de' Giovani alle Scuole Comunali?

RISOLUZIONE: *Affermativamente*, salvo però il diritto del Vescovo nell'impedire, che siano ricevuti que' Giovani, de' quali non abbia buone relazioni o sul loro modo di pensare o sui costumi.

QUAESTIO IV.

An Adolescentes omnes, non exceptis qui sunt convenae modo annos quinque compleverint, et sint bonis moribus, nulloque morbo laborantes, quo infici condiscipuli possint, in eas Scholas recipiendi sint?

DECLARATIO: Affirmative.

DUBBIO IV.

Se ogni Giovane o nativo, o non nativo della Comune, purchè abbia almeno oltrepassati i cinque anni, e sia di buoni costumi, e libero da qualunque male, che possa comunicarsi ad altri, debba essere ammesso alle dette Scuole?

RISOLUZIONE: *Affermativamente.*

QUAESTIO V.

An publicum Consilium possit aliquot viros, qui bene ab omnibus audiant, suo arbitratu deligere, eosque loco Magistratus, publicis negotiis distenti, procurationi Scholarum praeficere?

DECLARATIO: Affirmative, *Episcopo approbante.*

DUBBIO V.

Se il pubblico Consiglio possa deputare a suo arbitrio alcune persone, che godano la pubblica fiducia ed opinione, alle quali in luogo del Magistrato, quasi sempre distratto nell' Amministrazione Comunale, sia affidata la cura delle pubbliche Scuole?

RISOLUZIONE: *Affermativamente* coll' approvazione del Vescovo.

Digitized by Google

QUAESTIO VI.

An eorum Virorum in numerum Deputatus quoque Episcopi referendus sit?

DECLARATIO: Negative; *Episcopus tamen utatur jure suo juxta Constitutionem.*

QUAESTIO VII.

An, velut munus est publici Consilii, novum Magistrum ad normam Constitutionis eligere, sic Magistratui facultas sit, dum fit electio, Magistrum interim in prioris locum sufficiendi?

DECLARATIO: Affirmative.

QUAESTIO VIII.

An Magistratui id ipsum liceat, dum Magister aut abest, aut aegrotat, aut officio ad tempus abstinere jubetur?

DECLARATIO: Affirmative.

QUAESTIO IX.

An velut electio Magistrorum ab Ordinariis rata habenda est et confirmanda, sic etiam Magistri ad tempus *substituti ab iisdem Ordinariis approbandi sint?*

DECLARATIO: Affirmative.

DUBBIO VI.

Se in tali deputazioni debbano aver luogo anche i Deputati del Vescovo?

RISOLUZIONE: *Negativamente*; tuttavia il Vescovo farà valere i suoi diritti concessigli dalla Costituzione.

DUBBIO VII.

Se come è offizio del Consiglio, giusta le prescrizioni della Costituzione, l'eleggere i nuovi Maestri, così la Magistratura abbia il diritto di destinare i Maestri provisorj, o Sostituti *ad tempus?*

RISOLUZIONE: *Affermativamente.*

DUBBIO VIII.

Se sia lecito al Magistrato il sostituire un Supplente a quel Maestro, che è assente o malato, ovvero è stato sospeso dall' esercizio della scuola?

RISOLUZIONE: *Affermativamente.*

DUBBIO IX.

Se, come i Maestri stabili debbono essere confermati dai Vescovi, così pure si ricerchi l'approvazione degli Ordinarj per i Maestri provisorj, o Sostituti *ad tempus?*

RISOLUZIONE: *Affermativamente.*

Digitized by Google

QUAESTIO X.

An Episcopus, qui electionem rejicit novi Magistri, debeat Magistro illi causam ejus rejectionis aperire, ut purgare se possit?

DECLARATIO: Negative; *et is jure suo utatur apud Emum Cardinalem Praefectum, qui audito Episcopo provideat.*

DUBBIO X.

Se il Vescovo, che nega la conferma ad un nuovo Maestro sia tenuto a manifestare i motivi, pe' quali nega la conferma medesima, affinchè il Maestro possa giustificarsi?

RISOLUZIONE: *Negativamente*: Il Maestro però potrà esporre le sue ragioni all' Emo Sig. Card. Prefetto, il quale dopo avere inteso il voto del Vescovo prenderà i necessarj provvedimenti.

QUAESTIO XI.

An Magistratui liceat cognoscere, cur Magister petat aliquo tempore ab schola abesse; et si petitio aequa atque honesta ei videtur, desiderio satisfacere?

DECLARATIO: Affirmative *dumtaxat ad breve tempus, quod duas hebdomadas non exeat; secus cum Episcopi consensu, et idoneo viro suffecto, qui interim doceat.*

DUBBIO XI.

Se la Magistratura possa giudicare de' motivi, in forza dei quali il Maestro domandi una temporanea esenzione dal suo officio; e se trovandoli ragionevoli possa darne il permesso?

RISOLUZIONE: *Affermativamente.* Per breve tempo soltanto, il quale non oltrepassi le due settimane; e per un tempo più lungo col consenso del Vescovo, sostituito un Soggetto capace a fare intanto la scuola.

QUAESTIO XII.

An Magistratus ex iis, quos idoneos ad docendum judicaverint Examinatores, eligere possit quem velit?

DECLARATIO: Affirmative.

DUBBIO XII.

Se il pubblico Consiglio possa eleggere chi vuole fra quei Concorrenti, che gli Esaminatori avranno giudicati capaci d' insegnare?

RISOLUZIONE: *Affermativamente.*

Digitized by Google

QUAESTIO XIII.

An a solis Magistratibus ex art. 141, 283, et 285. Examinatores eligi debeant, quoties aut novi creandi Magistri, aut praemia anni exitu distribuenda, aut Discipuli e Schola, aut ex inferiori classe ad superiorem promovendi sunt?

DECLARATIO: Affirmative *juxta Constitutionem.*

DUBBIO XIII.

Se ai Magistrati soltanto in forza degli Art. 141, 283, e 285. spetti il diritto di scegliere gli Esaminatori e per la elezione de' nuovi Maestri, e per la distribuzione de' premj nel fine dell' anno, e per i passaggi degli Scolari da una Classe o Scuola inferiore, ad una Classe o Scuola superiore.

RISOLUZIONE: *Affermativamente* secondo la Costituzione.

QUAESTIO XIV.

An Magistris liceat esse praesentibus, dum Discipuli experimenta scientiae suae edunt?

DECLARATIO: Affirmative *sine suffragio.*

DUBBIO XIV

